Fragmentarium

N° 16

in foueam. et in uinculis non dereli-
quit illum; donec afferret illi sceptrum
regni. et potentiam aduersus eos qui
eum deprimebant. Et mendaces osten-
dit: qui maculauerunt illum. Et de-
dit illi claritatem eternam dominus [deus noster]

Beatus uir Lectio libri Sapientie qui in
sapientia morabitur. et qui
in iusticia meditabitur. et in sensu
cogitabit circumspectionem dei. Ciba-
bit illum pane uite et intellectus: et a-
qua sapientie salutaris potabit
illum. Et firmabitur in illo et non
flectetur. et continebit illum et non
confundetur. et exaltabit illum a-
pud proximos suos. Et nomine eter-
no hereditabit illum dominus deus noster. Lectio

Beatus uir qui inuentus libri Sapientie
est sine macula: et qui post
aurum non abiit. nec sperauit in pecunia
thesauris. Quis est hic et laudabi-
mus eum. Fecit enim mirabilia in ui-
ta sua. Qui probatus est in illo. et perfec-
tus inuentus est; et erit illi gloria eterna.
Qui potuit transgredi et non est trans-
gressus: et facere mala et non fecit.
Ideo stabilita sunt bona illius in do-
mino; et elemosinas illius enar-
rabit omnis ecclesia sanctorum. Lectio libri

Beatus homo qui inuenit Sapientie
sapientiam; et qui affluit prudenti-
a. Melior est acquisitio eius ne-
gociacione argenti et auri primi et
purissimi fructus eius. Preciosior
est cunctis opibus: et omnia que deside-
rantur huic non valent comparari. Lon-
gitudo dierum in dextera eius: et in sinis-
tra illius diuitie et gloria. Vie eius
uie pulchre: et omnes semite illius
pacifice. Lignum uite est hiis qui ap-
prehenderint eam: et qui tenuerit eam
beatus. Dominus sapientia fundauit terram;
stabiliuit celos prudentia. Sapientia
illius eruperunt abyssi. et nubes ro-
re concrescunt. Ad thimotheum

Karissime. Testificor coram deo et christo
Ihesu. qui iudicaturus est ui-
uos ac mortuos. et aduentum ipsius
et regnum eius: predica uerbum. insta
oportune importune. Argue; obse-
cra. increpa in omni paciencia et
doctrina. Erit enim tempus cum sanam
doctrinam non sustinebunt; sed ad sua
desideria coaceruabunt sibi magis-
tros prurientes auribus. Et a ue-
ritate quidem auditum auertent: ad
fabulas autem conuertentur. Tu uero
uigila; in omnibus labora. opus fac
ewangeliste. ministerium tuum imple. so-
brius esto. Ego enim iam delibor: et
tempus mee resolutionis instat. Bo-
num certamen certaui; cursum consu-
maui. fidem seruaui. De reliquo repo-
sita est michi corona iusticie; quam

License: public_domain – Brussel/Bruxelles, Bibliotheek Koninklijke Conservatoria Brussel/Bibliothèque des Conservatoires royaux de Bruxelles, P-2-01800-(27), fol. [1]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-37y1/9338/68934)